



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118480

§. 82. Turpis Landgravii quæstus a Melanchtone reprobatus, & a Luthero laudatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

Sæcul. XVI. tuendæ puritatis Evangelicæ prætextu
 A.C. 1528. eo crudeliores fuissent, quo magis Lu-
 therani ubique se pro Verbi divini inte-
 gritate decertare, perperam jactitabant.

§. LXXXII.

*Turpis Landgravii quæstus a Me-
 lanchtone reprobatus & a
 Lutherò laudatus.*

Melancthon Melanchton hasce exactiones a Land-
 gravio factas minime approbabat,
l. 4. ep. 70. l. 3. nec tamen facinus alia ratione excusa-
ep. 16. ibid. re poterat, quam futilem hanc caussam
ep. 70. & 72. allegando, Landgravium id egisse *ex
 pudore malo*, eoquod se deceptum fuisse,
 fateri erubesceret. Verum graviores
 longe curæ agitabant Melanchtonis a-
 nimum; coram suis enim jactitabat, Pa-
 patum sine bello ac sanguinis profusio-
 ne destructum iri. Præterea antequam
 Landgravius has turbas concitaret, ac
 paulo post rusticorum seditionem ac-
 cenderet, Melanchton ad eundem Land-
 gravium hæc perscripserat, *omnia citius
 perferenda, quam pro defendendo Evangelio
 ad arma veniendum*; nunc vero eo res
 deveniebat, ut iidem, qui paulo ante
 pacis conservatores haberi gestiebant,
 nunc primi bellorum incentores essent,
 & quidem nonnisi ex falsis rumoribus,
 prout ipsem Melanchton fatetur, ac
 propte-

propterea ingemiscens exclamat : *Ob-Sæcul. XVI.*
ruor dolore considerans, quo scandalø bona A.C. 1528.
caussa gravetur!

Ex adverso Lutherus longe alia fo- *Sleidan. ib.*
 vebat consilia ; licet enim inter ipsos *Dav. Chytr.*
 Protestantum Scriptores communis es- *in Sax. ad*
 set sententia, quod foedus Catholicorum *ann. 1528.*
 Principum nonnisi inane commentum *p. 312. & 982*
 suisset, Lutherus tamen illud verum ha- *Luth. in ep.*
 beri voluit ; quapropter plures dedit li- *ad Vencesl.*
 teras , multosque ubique divulgavit li-
 bellos, quibus adversus Georgium Sa-
 xoniæ Ducem impudentius furens, eum
 vocare non erubuit, *stultorum stultissi-*
mum, Moabum superbum, majora semper
viribus tentantem, comminatus porro, se
Deum contra eum oraturum, ac postea mo-
nitrum Principes, ut ejusmodi homines
exterminent, qui quiescere nolunt, nisi san-
guine Germaniam madere sentiant. Ve-
 rius dixisset Lutherus, timeo, ne Lu-
 therani, ut Germania ad tristem hunc
 statum redacta videatur, illam in eum
 conjicere ac ruinam incipere debeant
 ab extirpandis Principibus, qui sese eo-
 rum consiliis opponunt. Dux enim
 Georgius haud minori studio Lu-
 theranis sese opponebat, quam Elector
 Saxonie huic sanguine junctus eisdem
 favebat ; hanc ob rem Lutherus Ducem *Cochl. 1. eit.*
 indigno prorsus modo habuit, ut patet *p. 187. 188.*
 ex epistola, quam de eo ad Wences-

Z 5 laum

Sæcul. XVI laum Lincum Apostatam Augustiniam
A. C. 1528. num perscripsit. Data est hæc epistola
 Mense Junio die Dominica post Festum
 S. Barnabæ. Ceterum Lutherus in hac
 eadem epistola hunc fidei desertorem
 appellavit, *Servum Christi in Evangelio,*
ac Fratrem suum.

§. LXXXIII.

Disputatio Bernensis.

Sleid. comm. Ineunte hoc anno non minus nomina-
l. 6. p. 183. ta, quam simul scandalosa habeba-
Vid. supra tur Bernensium disputatio, quæ ency-
Lib. LXV. clicis literis die decima septima Se-
Raynald. hoc anno num. 18 ptembris Anni millesimi quingentesimi
Cochl. de act. vigesimi septimi a Bernensi Pago indi-
Luth. l.c. cebatur. Agebat tum Moguntiæ Joa-
p. 188. nnes Cochlæus, cum vero probe prospic-
 ceret atrocem omnino injuriam, quæ
 ex ejusmodi colloquio Religioni Chri-
 stianæ inferretur; ideo nulla mora da-
 tis ad Bernenses literis eos hortabatur,
 ut divinæ legis, auctoritatis Ecclesiæ, Sedis
 Apostolicæ, & legum Imperialium ratio-
 nem haberent, nec tot sæculis probatos &
 que ac receptos fidei nostræ articulos per
 infaustam hanc disputationem in dubium re-
 vocarent. Maxime vero reprobavit metho-
 dum judicandi in hoc colloquio, eoquod reje-
 cta omni traditione, ac Doctorum Ecclesiæ
 expositione, soli textus Sacrae Paginæ tam
 novi